

THE LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
SALAMANCA
1813

CONSILIA

siue

RESPONSA

IURIS

MARCI ANTONII PEREGRINI

PATAVINI,

SERENISS. REIPUBLICÆ VENETÆ

IURISCONSULTI, ET EQVITIS.

Quibus Materiæ tam Feudales, quàm Iurisdictionales, Patronales, Testamentariæ, Fideicommissariæ, Conuentionalesque: necnon aliarum passim Causarum Figuræ in facto occurrere vt plurimum solitæ, eleganter non minus quàm Methodicè & seriò pertractatæ, resolutæ, & penitus etiam ex ipsis Legum fontibus discussæ ac determinatæ visuntur.

Indice vt Rerum, ita & Sententiarum notatu & memoria dignarum pro mole Operis locuplete satis & copioso, in legentium gratiam recentè adornata.

Cum Privilegijs & Superiorum permissione.



VENETIIS, M. DC.

Apud Paulum Meietum Bibliopolam Patauinum.

SERENISSIMO
DOMINO DOMINO
RAYNVTIO
FARNESIO

PARMAE. PLACENTIAE

ET CASTRI DVCI,

Marcus Antonius Peregrinus Pat.

S. D.



OSTEA QVAM decreueram nonnullas ex Consultationibus meis in lucem emittere, quæsiui more Scriptorum, cui easdem darem: nec quisquam fuit, cui magis deberem, aut magis vellem, quàm Celsitudini tuæ. Deberem, ob priuata in me merita; ea interpretor humanitatem & benignitatem, quibus in Vrbe Parma, nuper tibi, velut per æs & libram emptus, me, meaquæ omnia iure honoris tuo deuoui:

Vellem autem, ceu Principi vnde quaque summo, animi, corporis, & fortunæ donis, quæ omnia enumerare vti intempestiuum videtur, ita multitudine quoque impediatur; illa animi, breuiter, & velut in transcurso delibare, ipsa virtutis vi impellor. Religione & pietate auita ita resplendes, vt boni exempli igniculos nō vniversa tantū Italia, sed exteræ quoq; Nationes sentiant, rāto maiore Reip. Christianæ bono, quanto altiore in dignitatis gradu te Deus cōstituit. Prudentia & Sapientia (miraculum in illa ætate) emines inter plerosque Europæ Magnates. Iustitiam & Clementiam ita gubernas, vt te Principem, & simul Patrem subditi intueantur, atque venerentur. Ad summum, talem te Resp. habet, qualem Maiorum splendor & virtus promiserat. Vtraque origine Serenissimus, Paterna, ex inclyta in Italia FARNESIA progenie oriundus, quæ PAVLVM III. sacrorum Principem Ecclesiæ dedit; quæque in sitione quadam cum Augusta Austriaca familia coniuncta fuit: Patre (à quo vno fama posteritati conciliare liceat) ALEXANDRO fortissimo & inuictissimo Heroe, &

CONSILIORVM SEVM AVIS RESPONSORVM FEVDALIVM

Excellentissimi Iurisconsulti Domini Marci Antonij
Peregrini Patauini.

PRO PRINCIPATV SECVLARI SVMMARIVM.



DONATIO facta per Principem de aliquo castro transfert Dominium directum & utile.

Donatio Principis supremi de aliqua ciuitate non abdicat ab eo omnem superioritatem.

Henricus Imper. decreuit inter Paduanos, Tarusinos, Bellunenses, & Cenetenses.

Statuere iurisdictionem, & superioritatem presupponit. Pax Constantia perpetua fuit, & ibi in aliquibus paribus declaratur.

Appellationes à sententijs Episcoporum habentium Comitatus temporales ex largitione Imperatoris per pacem Constantiam deuoluuntur ad Curiam Imperialem.

Imperator ex legalitate non possunt à se abdicare omnem superioritatem in aliqua terra.

Superioritas suprema est inalienabilis, & inabdicabilis à supremo.

Princeps in suo statu non potest habere parem, nec superiorem.

Superioritas suprema semper videtur reservata, ubi Princeps concedit ciuitatem, aut castrum alicui Domino laico.

Rex si concedit alicui castrum, non omnem Regiam potestatem videtur abdicasse.

Regalia maiora non videntur per Principem translata.

Iurisdiclio suprema non potest à supremo separari.

Potestas superioris in iurisdictionibus semper intelligitur reservata iurisdiclio cumulatiue non abdicatiue à supremo videtur translata.

Princeps supremus an possit à feudatarijs & donatarijs primas causas aduocare.

Papa & Ecclesia Rom. est capax omnis superioritatis. Imperator donans Papa & Ecclesia Rom. ciuitatem, transfert omnem superioritatem.

Donatio facta ab Imperatore de aliqua ciuitate Episcopo, an in Episcopum transferat omnem su-

perioritatem.

Appellationes à sententijs Episcoporum habentium temporale Dominium à Principibus secularibus an deuoluantur ad Primates Ecclesiasticos, an ad Curiam Principis concedentis. & nu 22.

17 Donata & oblata Ecclesijs sunt patrimonium Christi.

18 Et sunt Sancta Sanctorum.

19 Ecclesiastica bona omnia sunt sacra quarta speciei.

20 Dominium rerum donatarum Ecclesijs acquiritur Deo, & non Ecclesijs ipsis.

21 Ecclesia Rom. est caput, & Ecclesia inferiores sunt membra illius.

22 Principes laici superioritatem maiorem retinent in Castris donatis Episcopis & Ecclesijs inferioribus, & ad eos appellationes deuoluuntur.

23 Et sic seruatur in Gallia, Hispania, & Germania.

24 Papa preceffit omnes dignitates auctoritate & potestate.

Episcopi numerantur inter spectabiles.

Episcopus iurati fidelitatem Regi.

25 Ecclesia Rom. maior est Ecclesijs inferioribus.

26 Ecclesia Rom. in prescriptionibus preceffit Ecclesijs inferioribus.

27 Dominium rerum singularium ex causis iuris gentium, & positum quaritur Ecclesijs inferioribus.

28 Deus in creatione mundi subiecit humanam creaturam omnium rerum dominium.

29 Dominiorum distinctio inuentum est iuris gentium, & iuris positum.

30 Deus humanarum rerum Dominia non respicit.

31 Dei est terra & plenitudo eius.

32 Dominij rerum per humanos actus acquisitio non adapeatur Deo.

33 Dominium rerum singularium ut sit apud Ecclesias inferiores indecens non videtur.

34 Dominium rerum humanarum prout est ius utendi, & disponendi conuenit creatura humana.

35 Ecclesia iure domini, vindicant à terrijs possessoribus res suas Dominium rerum humanarum lege humana